



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

XXVIII. Maji.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

S. Andreas Salus videre Deiparam meruit, pro universo populo orantem, & super omnes capitis sui velum explicantem. *Boll.* Ubi mundus esset, nisi *MARIÆ* precibus fulciretur.

S. Andrea, vides mundum in maligno positum, vides animam meam inter tot malorum illicia de salute periclitantem, adesto precibus tuis, & *MARIAM*, quæ nullum in se confidentem despicit, mihi redde propitiam, sub maternum ejus pallium me recondo, ut nunc & maximè in hora mortis meæ protectionis suæ velum super me explicet. **O** Sanctissima *DEI*, & mea, Mater pretiosissima! ego *N.* indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibili & actualium &c. *fol. 2.*

Ad quod impetrandum: exemplo *P. Sanchez S. J.* urbem ingressurus prius *B. V.* quam propriam ædem adibe, aut si hoc non possum, saltem affectu salutabo.

Ab initio renovationis humanæ omnibus sub tuum præsidium confugientibus hucusque succurristi, & idcirco præ omni creatura, omni laude dignissima dici & esse meruisti. *S. Ans. de excel. V. c. 12.*

Quæstio: An lac Deiparæ habuerit eandem virtutem, ac fructus arboris vitæ? *v. Vega Theol. Mar. pal. 6. ser. 15.*